

repinitur: licetamq; illam que de pomis nouis et ue-
 teribus; que in sponsi deliciis sponsa conseruat confici-
 tur: non epulantibus; et potantibus; sed propter angustias
 huius uite merentibus; et egestate et dolore laboranti-
 bus: pronuntiat esse donandam. Bibant inquit et
 obliuiscant egestatis sue: laboris uidelicet magni-
 tudinem diuina consolatione asserens minuendam.
 Cui sententie aptissime concinit psalmista: secundum
 multitudinem inquit dolorum meorum in corde meo:
 consolationes tue: letificauit anima mea. O consolatio que infir-
 mos sanat: debiles roborat: alleuat despatos. Ipsa
 est consolatio gementibus: pausatio laborantibus: tem-
 peratis protectio: uaticum itinerantibus. Quam quidem con-
 solationem illi solum adimunt: qui statim ad primos su-
 dores resiliunt: uel in pristinum torporem deuol-
 uunt: ut uiles quasdam consolationes in crebra
 confabulatione: uel amicorum uisitatione: ut certe
 in proprie uoluntatis libertate conquirunt. Quas
 consolationum sordes. sanctus propheta contempnens: renuit in-
 quit consolari anima mea. Quid ergo? Sine omni conso-
 latione relictus es? Absit. Memor sum dei. et dei. sum.
 Nemo ergo arduam illam uiam que ducit ad uitam ex-
 horreat: nemo remissiore quam semel abiecit. timi-
 da infelicitate repetat: sed sicut ait noster legisla-
 tor. sustinens non lassescat non discedat: sciens quia
 secundum multitudinem laborum quos tolerat pro christo: conso-
 lationes eius letificabunt animam illius. Verum gusta-
 ta